138

eum dominum suum quem sciunt pro sua redemptione non
pepercisse anime sue. Pertinet letaniam celi id est
omnis ecclesie pluraliter eum numero utitur quia
numerositatem ecclesiarum assignat. Et qui habitatis
meis id est omnis sancti qui in congregatione sanctorum
morantur ut cives habitatores celorum angelos
et intelligere possimus quibus concorditer in domino
conveniunt conciliari dominum et homines ad illorum consortium
redeunt et angeli ex integratum numerum suum
ceteris exceptis apparuit. Ubi non est aliud quod
exponi debeat nisi michi manere litteram. Hic
liber debitum finem accipit

Explicit liber tercius

Incipit quartus

Ve terre et mari quia descendit ad vos
diabolus habens iram magnam. Terra
et mare unum idemque significat sicut
Daniel aperte demonstrat. Item cum dixit
ipse se vidisse quatuor ventos pug-
nantes in magno mari. Adiecit et quatuor
bestie ascenderunt de terra. Hoc ipsum significans
per terram quod et per mare id est huius mundi in quo
miseri fluctuant qui semper terrena desiderant.
Ita ergo et hic terra et mare reproborum significant
corda quibus est ve id est eterna dampnacio
vel perdicio. Ad quos descendit inimicus expulsus